



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divus Stanislaus Kostka S.I.**

**Callenberg, Caspar**

**Neuhusii, 1716**

Iconismus 30.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69536](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69536)



Et *coqua*, non melior poterat contingere *Kostkæ*;  
 Quæris cur? solâ pascitur ille fame,

4.

*Cantabit vacuus coram Latrone viator* ; \*  
*Mulserit hinc cantu Kostka frequenter iter.*  
 \* *Carmen hoc habet Iuvenalis.*

5.

*Suaviter hic equitat, cœli quem Gratia portat.* \*  
 Romam tendit *eques Kostkius*, anne pedes?  
*Ales eò tendit : volucres Amor addidit alas*;  
 Hinc non *ivit iter Kostka*; *volavit iter.*  
 \* *Suaviter equitat, quem Gratia Dei portat, Tho-*  
*mas Camp.*

## ICONISMUS 30.

*Angelus peregrinanti Stanislao Sacramite-*  
*rum Hostiam porrigens. Epigraphe :*  
 REVERTAR AD TE PORTANS SACRIFI-  
 CIVM , & OFFERENS TIBI, *Judicum 6,*  
*vers. 18.*

Epigramma : (cundâ:

Non vice jam primâ Christum ; vice porto se-  
 Imò vices inter, prima, *secunda* fuit. \*

\* *Secunda* fuit ; *quia felix.*

2.

*Eucharin Angelico capis Angele Kostka ministro:*  
*Angelicus verè tum fuit illa cibus,*

3. An-



3.

*Angelicus cum sit cibus hostia, Kostka cibandus*

Hac erat; à cunis *Angelus* ille fuit.

Estq; *viatorum cibus hostia*; nōne cibari

Hac decuit *Kostkam*? *Kostka Viator* erat.

Occinat hīc notos cantrix *Ecclesia Rythmos*:

*Ecce panis Angelorum,*

*Factus cibus viatorum -*

Hos nunquam, quān nunc, aprius illa canet.

## ICONISMUS 31.

*Stanislaus Dilingæ aliquamdiu apud Petrum*

*Canisium commorans, eximia dat vir-*

*tutis specimina. Epigraphe: ÆDIFI-*

*CAVIT CIVITATEM. Genesis 4. 17.*

Epigramma:

*Kostka faber non sis; urbem tamen edificasti:*

*Dilingæ exemplo est edificata tuo.*

*NB. Ita demum se gessit, ut brevī omnium in se con-*  
*verteret oculos. Sacch. in vita p. 1, c. 8 de Di-*  
*lingana commoratione.*

## ICONISMUS 32.

*Stanislaus Romam adpulsus, Generali S. J.*

*Francisco Borgiæ, literas à P. Franc.*

*Antonio Vienna, & à Petro Canisio*

*Dilingæ*